1434

Quia sibi Recognoscenti de bonis Paternis et Maternis se Recognoscentem in vim dotis et expeditionis suae legitimae erga alios sui Recognoscentis Consuetudines Concernentes per Manus Nobilis Joannis Nehrebecki Fratris sui Recognoscentis germani totaliter et plenarie satisfactum est. Ob quam eiusdem satisfactionem Dotisque se Recognoscentem Concernentis sibi Recognoscenti praestitam per solutionem bonis ipsidem Paternis et Maternis in Manus suprascripti Nobilis Joannis Nehrebecki fratris sui abdicat abrenuntiat et resignat. Praesenti sua Recognitione ad praemissa omnia Mediante.

Jaworski Consorti Reformat

Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneatus Premisliensis Comparens per Nobilem Stephanum Jaworski Ichnatowicz olim Nobilis Demiani Ichnatowicz Jaworski Cum olim Nobili Marina Jaworska Ostrzeszowna per creatus Filius sanus mente et Corpore existens a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et Competentibus recedendo. Praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Jurisdictioni quae ad Actum modernum attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subjiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit Quia ipse ad priorem et Originalem summam Centum Septuaginta florenorum polonicalium ratione Dotis et aliam similem summam Centum Septuaginta florenorum polonicalium ratione Dotalitij per se Regnantem Nobili Marinae Nehrebeckae olim Nobilis Nicolai Nehrebecki Cum olim Nobili Nastasia Sosnowska Consorte eius per creatae Filiae sui vero Recognoscentis Consorti legitimae Coram Actis Officij praesentibus Castrensibus Capitaneatus Premisliensis inscripti et super tota et integra Medietate bonorum suorum generaliter omnium ad solvendum assecuratae alias summas Triginta florenorum polonicalium eidem ratione Dotis similemque alteram summam Triginta florenorum polonicalium ratione Dotalitij ad illas priores summas adscribit adiungit associat annectit et Combinat in unamque et indivisam summam unam Ducentorum florenorum polonicalium ratione Dotis et alteram itidem similem summam Ducentorum florenorum polonicalium ratione Dotalitij. Coniungit memoratasque summas in et super tota et integra

integra medietate bonorum suorum gbr omnium Hereditariorum et Obligatoriorum Mblium et immobilium summarumq quarumvis pecuniariarum Tum auri argenti Clenodiorum Vricorum Margarethanum stanni aeris Cupri Vrighalei vestium vestimentorum Equorum Equiveae pecorum Pecudum ac totius suppellectilis domesticae nunc habitae et in post habendae in quacunq forma et Materia existen. eidem supra scrip. Nbli Marinae Nehrebecka Consorti suae inscripsit dedit dotavit dotaliti avit inscripsit et Reformavit prout praesentes Inscribit dat dotat dotaliti at inscribit et Reformat. Per Ipsam Nblem Marinam Nehrebecka Contem suam Lgtmam eiusq posteros eandem Medietatem bonorum praefatorum et res supra scriptas omnes Iuri Reformatorio subiectas Cum universis eorum utilitatibus et usufructibus Competentiaq et Prerogativa quavis tenendi habendi et possidendi aliisq quiete et pacifice utifruendi ac ad suos suorumq successorum quosvis beneplacitos usus fructus libere et effectualiter Convertendi vigore ac More aliarum Reformationum hactenus et diutius in Regno observari solitarum Praesentiq sua Recognitione ad praemissa omnia Mediante.

Feria Quarta post Festum Assumptionis in Caelum Gloriosissimae Virginis Mariae proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Septimo Rndus Gadomski et Nobiles Czechrowskie Coniuges mutuo sese Quietant. 17/VIII 1667

Coram Officio et Actis Pen. Castren. Capitan. Premislien. Comparens per Ill. Perillustris et Admodum Rndus Stanislaus Meyan.